Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26210
Copyright: Admont, Benediktinerstift



182

Senior inquit dilecte domine & natis ei quos ego diligo in ue
ritate. idem uero amore diligo. illo uidelicet qui sedm dm est.
vel certe quos ideo diligo quia p̃seuerantes in ueritate cõsidero.
Et non ego solus. sed & omnis qui cognouerit ueritatem. Quia contra here
ticos scribere incepit quia fidei ueritate excedere recte omni
um qui ueritatem cognouerunt unam dilectionem inscios esse cõme
morat. ut unanimitate simul & multitudine katholicorum
ad eos quam bonorum societate secum essent pauci segregarunt. Re
uera enim omnis p̃ orbem catholici unam ueritatis regulam sequunt. at
non omnis heretici & infideles uno animo errori cõsenciunt. uerum
non minus semet alterutrum quam ipsam ueritatis uiam inpugnant.
Propter ueritatem quae p̃manet in nobis. & nobiscum erit in eternum.
Non aliam inquit obcausam te tuosque diligam nisi pp̃ter ueritatem
fidei quae in nobis semp̃ inexpugnabilis p̃durat. quia uidelicet eandem & iam uos inuuncibiliter custodire cõpimus. Sit nobis
gratia & mia & pax ado patre. & a xpo ihu filio patris in ueritate
& karitate. Quo negabant illi temporis heretici marcion &
cherintus uerum esse filium di dnm nrm ihm xpm. sed illi a natu
uitate humana p̃ncipium dabant recte iohs eum ad cõfirmandos
blasphemos filium di patris esse cõmemorat. gratiam quoque miam
& pacem ab illo sicut ado patre fidelibus danda esse testatur. ut eum
equalem & coeternum patri demonstret cuius dona eadem quae patris
esse designat. sicut enim ipse dns de sua & patris essentialitate loquens ait. Quecumque enim pater fecerit. hec & filius simili
ter facit. Et nunc rogo te dna non tanquam mandatum nouum
scribens tibi. sed qd audiuimus ab initio ut diligamus alterutrum.
Arguit hoc uerbo hereticos qui noua dogmata relictis his quae